

grata subit animum beneficiorum recordatio fratrum Dragonettiorum Aquilanorum, a quibus habui Antinoriana, Udalrici Valiae Teramensis, qui mihi exhibuit Melchioriana, praeclari senis Bartholomaei Borghesii qui utendum concessit Brocchii itinerarium, denique Ottonis Iahnii mei cui debo Kellermanniana. Haec enim schediasmata composita et coniuncta fecerunt, ut vel in editione priore Marsa epigrammata et augere satis et emendare liceret, cum ipse lacum Fucinum eo tempore adire non potuerim.

XV. Andreas DI PIETRO canonicus Pescinensis in commentarios *sulle principali antichità Marsicane* (Aquilae 1869. 8. pp. 70) et *agglomerazioni delle popolazioni attuali della diocesi dei Marsi* (Avezzani 1869 pp. 320; *continuazione e fine* Avezzani 1873 pp. 80) perpaucas inscriptions antiquas rettulit.

XVI. Ioh. Franciscus CIPRIANI (*marmi Albensi n. 1—17*) et Horatius MATTEI (*appendice ai marmi Albensi n. 1—22*) Avezzanenses per a. 1869—1871 titulos nuper repertos et ephemeredi cuidam inseruerunt et seorsum singulis foliis ediderunt. Exempla proba sunt et accurata. Iisdem praeterea potissimum debetur, quod tituli Albenses plerique iam servantur in curia publice propositi. Denique Matteius me peregrinantem et comiter exceperit et ope consilioque multis modis adiuvit.

XVII. E. FERNIQUE quem nuper edidit libellum *inscriptions inédites du pays des Marses* (Parisiis 1879. 8. pp. 26), eo continentur tituli Marsi nonaginta unus plerique ab ipso auctore descripti bona fide, sed imperite. Mihi sylloge parum profuit; nam paucis exceptis eosdem titulos ego quoque ex axis excepeream.

## LXXX. CERFENNIA (*Coll' Armeno*).

Cerfenniam praeter titulum miliarium viae Claudio Valeriae infra edendum inter miliarios et itineraria (vide p. 204) rerum scriptores quoque nominare videntur. Nam Σερφέννια Diodori 20, 90, Cesenna Livii 9, 44, quam a. u. c. 449 Romani dicuntur a Samnitibus recepisse una cum Sora et Arpino oppidis Volscorum, fortasse non alia est, cum annales alio quoque loco (Liv. 4, 57, 7) Volscorum agrum ad lacum Fucinum usque proferant. 'Cerfenniae', Holstenius (adn. ad Cluverium p. 153), ait, 'clarissima apparent vestigia prope collem Armellum, murorum scilicet vestigia et aqueductus subterraneus maximus ex proximo monte eo perductus; tum vero ecclesia S. Felicitatis, quam bullae veteres in Cerfenna commemorant, nunc ad collem Armellum extat'. Bullam intellegi Paschalis II, qua definitur dioecesis Marsicana (Ughelli Ital. sacr. ed. 2 t. 1 p. 893), et ecclesiam eam S. Felicitatis in Cerfenna vere esse prope Collarmenum scripsit ad me Horatius Mattei. Ex miliario denique supra citato cum appareat Cerfennia ad Ostia Aterni numerata esse m. p. XLV, ei numerationi spatium quod intercedit inter Collarmenum et Pescaram

recte respondet. Itaque quamquam Peutingerana Corfenniam collocat loco longe diverso, scilicet septimo a Marruvio lapide Corfinium versus, extra dubium est eam fuisse ibi ubi est Collarmeno. Viam Valeriam cum primum instituta est terminum habuisse ad Albam cum probabile sit, postea ab Alba prolata sit necesse est Marruvium, ibique finiebat aetate imperatoria incipiente teste Strabone 5, 3, 9 p. 237: ἡ Οὐαλερία... ἀφορίζουσα... τὰ πρὸς τὴν Σαβίνη μέχρι Μαρσῶν, neque obstat quod idem ait paulo post c. 11 p. 238 Valeria via iri ἐπὶ Μάρσους καὶ Κορφύτων. Ad Valeriam eam Claudius imperator alteram viam Claudiā Valeriam ita adiunxit, ut ad mansionem termino, id est Marruvio, proximam Cerfenniam diverticulum faceret; haec autem via montibus superatis per callem Aterni ad ostia eius pergens ut rigore plane diversa, ita ipsius Valeriae nequaquam pars habita est. — Tituli inventi Collarmeni et in reliquo agro inter Celanum et Pescinam, item Celani numero pauci sunt nec quicquam habent quod non sit mere privatum.

3649 in agro Celanensi in contrada la Stanga presso la via di circonvallazione nel muro di una cinta di peschiera del Sig. Giuliano Carusi, vicino al casotto n. 7.

SER · SCATONI · III · VIRO  
tribuno · MILITVM · IN ·  
legioNIS · IIII · MACEDON ·  
DESIGNATO  
5 PRIMA · MATER

Antonius Bonaldi Celanensis, Lud. Colantino Pescinensis, Hor. Mattei Avezzanensis miserunt descriptam.

3651 rep. in agro Celani, extat apud canonum Franc. Ciccotti.

D · M · S  
NAEVIAE PI  
AECVSAE · Fe  
LIX · VIL · Et  
5 FAMILIA  
DE FVNdo  
FAVILLE  
NIANO  
CONIugi  
10 O p t i m a e  
P

Tomassettius misit Marinio cod. Vat. 9131 f. 279.

2 seq. PI | AECVSAE · F | LIX VILF.. | FAMILI.. | DE FVI... | FAVILL.. | NIANO.. traditur.

3650 [=5641] rep. 1822 m. Nov. in loco dicto *le Macerine* in agro vici Cerchio (prope Collarmeno) MELCH. ex testimonio Restae. Deinde Avezzani in hortis Restae VALIA BRVNN. Inde venit in museum. — Repertam esse a. 1814 Aschii (prope Pescinam) et extare ibi in aedibus de Ioriis scribit MELCH. (altero loco).

D · M · S  
C · ALBI  
O · TORQ  
VATO · RE  
5 DEMTO  
RI · OPERIS  
C · ALBIVS  
TORQVAT  
VS · B · M · P

Recognovi post Brunnium. Misit Valia edidit que in litteris ad Kestnerum n. 9; e schedis Carlii Ambrosch Kellermannno descriptis; Melchiori refert bis. Henzen 7273.

3652 [=5665] rep. Forciani m. Febr. a. 1823, nunc Celani in aedibus Venditti.

D · M · S  
succESSO · C · Ivi....  
..IANI · SER · ACTORI  
helPIS · EIVSD · CONiu  
5 gi BENE · MERENTI  
cuM · QVO · VIXIT · A · VI  
M · VIII · D · IIII  
P

Melchiori ms. schedaeque aliae mihi exhibitae a Valia; vidit Garruccius.

3 IANI Garr., LANI Val., ANI Melch. — SER · CAC Val. — 5 BENE Melch., VBENT Val., X · BENE Garr. — 6 A · VI Garr., A ... Melch. Val.

3653 [=5523] Collarmeni.

D · M  
T · f IDIO ....  
MO · QVI · VIX · Ann  
LXXII · MEN · III ....  
5 FIDIVS · FAVSTus  
NEPOTI · PISSim  
O · BENEMERenti  
P

Phoebonius in hist. p. 270, a quo pendent Corsignani R. M. 1, 652, Mur. 1463, 2 e Corsignano, 1502, 9 e Phoebonio; neque aliunde puto fluxisse typum Mur. 1483, 8 a Como.

Sequor Phoebonium, nisi quod in 4. 5. 6. 7 puncta addidi et 2 correxi FIDIO pro TIDIO. —

Mur. 1483 sic dedit: D · M | MONIMO · QVI · VIXIT · ANN | LXXII · MENS · III | FIDIVS · FAVST | NEPOTI · PISS | BENEMER · P